

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossett[m] Episcopvm faventivn

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0123

LOG Titel: De Noctua. Cap. VII.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

10 neftar & lac. His prodigijs territæ paulò poterit in vnam coniecas concusserunt, exijtq.
fors Leucippæ ea uouit Deo sacrificium, suumq. filium Hippasum adiuuantibus fororibus, di-
laniavit. Inde paterna domo deferta in montibus bacchatæ sunt, pastæq. hæderam, similacem, Myniades
& laurum, donec eas Mercurius virga taetæ in volucres conuertit, Vespertilionem, Byzam, &
Vuliam, & hæ tres solis radios fugiunt, & Myniades dictæ sunt.

DE NOCTVA. Cap. VII.



ISI non tam dignitatem, & naturæ præstantiam in ordine inter nocturnas statuē
do considerafsemus, quām corporis magnitudinem, & alias partes, quō, quantū
liceret, clarissimam inter similes adeò, & haædenus non satis benē distinetas spe Noctua di-
cies, diuersitatem notare possemus, iam sanè non ultimum locum, sed fortè etiam
primum in suo genere Noctua uendicabat. Hæc enim apud Græcos olim, præfer-
tim apud Athenienses, Mineruæ sacra habita, necnon indubium uictoriae signum fuit. Erat e-
tiam sapientia, & prudentia, quam Pallas ex patris cerebro nata, daret, simulacrum, quibus
administratæ res optatum proculdubiō finē fortiuntur. Sapientia namq. nocturna contempla-
tione, & uigilijs diuturnis paratur, quibus utrisq. Noctua cæteris auibus præstare egregiè vide Vigilantia
tur. Quare quia noctu uideat, sic in obscuro sapientes: quia uigilat ita in meditationem silentio medicos
& solitudine gaudere innuit. Vigiliarum ratione etiam Esculapio Medicinæ Præfuli, appingi
solet, quod nihil medicum tam decere putarent antiqui, quām vigilantiam.

Æ Q V I V O C A.

Glaux stirps est à Dioscoride descripta, Eustathius γλαῦξ habet, quasi γάλαξ. Laetis ^{a L. 4. c. 136} Glaux her-
enim copiam facere dicitur. Huius, succus ^b Galeno glaucum vocatur, frequētiusu ba.
in collyrijs, & his quæ moderata refrigeratione egent. Est etiam γλαῦξ numismatis γλαῦξ γα-
quoddā apud Athenienses genus, quod Noctua impresa habebat ab una parte, ab altera Io λαξ.
uem, eratq. diabolus seu diobolum. Nominatur γλαῦξ inter saltationū genera apud Athenæū Glacium.
in qua fortasse gestus, & circumactus collī noctua aliquis imitabatur. Nam ipsa noctua genere quid.
quodam saltationis capitul, teste c Plinio. Similem significationem obtinere diximus vocabu b Lib. 6. de
la Bubo, Scops, & Otus ob stultam gesticulationem, quam naturaliter collo variè huc illuc acto simp. med.
edunt. Noctua Oppiano pescis est, Amerochita alias dictus. Glaux nu-
misma. Glaux sal-
ta pescis. Amerochi-
ta pescis. c. L. 4. c. 136
d. In elect.

Noctua quanta gula fertur damna voratis.

Noctua erat etiam genus nauis apud Athenienses, quam inuaserunt, hoc est, stigmate signarūt,
⁴⁹ a Lipsiis.

S Y N O N I M A.

HEbraicum nomen Kos, Noctuam interpretantur, cui finitima est Germanica vox Kos.
Koutzalij Nycticoracem, alij aliter. Pro voce Ianah ^a Septuaginta verterunt Gla Ianah.
Iux, id est, noctua, item ^b alibi, ubi communis etiam translatio noctuam habet; alij ny- ^c Deut. 14. ^d Leuit. 11.
cticoracem. Iancuph omnes Hebræi sentiunt avem esse nocturnam à ianaph seu nescheph Tachuph.
potius, quod crepusculum significat. Tum temporis enim, vt inquit Aben Esra appetat, cum
50 lucem interdiu ferre nequeat: nostri, & septuaginta Ibin exponunt, alij Noctuam. Apud c Ibis.
Etsiam, vbi scriptum est tançopb, & cornus habitasunt in ea: Hæbrei omnes per Iancuph ho ^c Cap. 14.
turnam auem intelligunt, alij noctuam. Innuit Prophetæ desolatam iti vrbe, adeò vt hæ Tachmas.
aues inhabitaturæ sint. Aues enim nocturnæ ædificijs antiquis, & defertis gaudent. Tachmas ^d Deut. 14.
aues in habitaturæ sint. Aues enim nocturnæ interpretantur. Alibi γλαῦξ. Hierony. Hatuphita
item noctuæ. Alijs Tachmas est nycticorax, sic dictus, quod rapiat, & spoliat cæteras aues. Vn Hataph.
de Thargum Hierosolymitanum habet Hatuphita, à rapacitate. Hataph enim rapere signifi. Kimus.
car. Quidam etiam alia in dictionarijs suis noctuæ nomina ponunt, vt Kimus & Kiphupha. Syl Kiphupha.
vaticus Arabibus Allakalicki aues, inquit esse nocticolas: videtur autem noctuas intelligere. ^e Allakalicki.
Albertus noctuam Halatron ait Græcè dici non perit: Videtur autem Persica vel Arabica il Halatron.
la vox esse ex Auicena. Noctua Græcè γλαῦξ nominatur à glauco oculoru colore, nomen hoc Etymolog.

Cicabæ
 Cicymis,
 In Aribus
 Cycumna
 g 8. H c. 3.
 h 12. Orig.
 cap 7.
 kublwa,
 koxkobæ.
 fn.
 kxkubæ.
 yia.
 Bubon.
 Turo.
 In Me-
 nach.
 Kpyn.
 Zirro.
 Nillmene
 Ciuetta.
 Zuetta.
 Zuetta.
 Ziguette.
 Gimus.
 Gimetta.
 Lechuza.
 Mocho.
 Cheueche.
 Ciuetta.
 Chouette.
 Souette.
 Zoetta.
 Steineul.
 Stockel.
 Houulet.
 Kalus.
 Szouua.
 Baigus.
 Stein-
 utz.
 al. 1. o. e. 23
 b His. c. 3.
 Noctua or-
 nithologia
 nostra di-
 versa.
 Noctua no-
 forma.
 Caput,
 Oculi,
 Rostrum,
 Color,

Attici circumferebunt, Doricè vero & communiter acuitur, ut Euphronio, & per onomatopœia, iā Cicaba, & Cicymis. Vnde etiam vox κυκλωψ apud f Aristophanem à nominativo Cicymis usurpato callimacho sit gignendi casus κυκλιδος. Hinc, & cycuma nomen Latinum fortè Gaza finxit, quo nycticoracem interpretatur apud Aristotelem. Volunt autem aliqui nycticoracem cādem esse auctum cum noctua, vt Eucherius, & b Isidorus; alij diuersam, vt Albertus, & nos qui Orum esse potius arbitramur, vt ex Aristotele docimus. Κυκλωψ & γλαυξ. Item κακοφάνη κακοφάνη Ηεψυχίο, & Varino noctuam etiam significat. Hodie etiam vulgo Græcorum, vti, & Λεπός κακοφάνηa dicitur. Bubo malè apud Simeonem Sethi noctuæ exponuntur, quod Bubo ne sint potius, quo nomine etiam vulgo noctuam nominantur. Τυρώ etiam Hesychio, & Varino noctua dicitur, vt cōsicio, fortè à voce tutu, vt i Plaurus habet. Iisdem κριόν noctua est, vel dæmones, & idola Ζεύς; alij Noctuan; alij picam, aut accipitrem interpretantur. Nyctime ne etiam pro noctua usurpantur, alioquin pueræ in noctuā conuersæ nomen. Noctua Latinis, inquit Festus, à tempore noctis dicta, quo canit vel volat. Quanquam verò multæ nocturnæ aues sint, hæc vna tamē præ cæteris apud Latinos nomen inuenit, vt Vespertilio apud Græcos nycteris Plinius tamen quodam loco, & Albertus sepenumerò videtur noctuā ad omnes aues nocturnas trāsferre. Italicè vocatur Ciuetta, scribit alijs Zueta, Zueta, Ziuetta, Gimus, & Gimetta apud Crescetiensem non alia avis, quam noctua maior minorpè videtur, quamvis Giups, & Giuettta potius legendum rear. Suas enim voces illas ille ex Italicis Latinas facere voluit. Noctua Hispanis appellatur Lechuza, Lusitanis Mocho, Gallis Cheueche. Circa Lugdunū Ciuetta, alibi Chouette, Souette, Zocra Ayinione Germanis koutz. Alii etiam pleriq. nomen Eul noctuæ dant, quod quidem non ipsi peculiare, sed omnibus apud Germanos nocturnis propè commune esse sèpè iam monuimus, nisi vocula differentiam inuenis quædā adiiciatur, vt cū dicitur. Steineul, Stockeul &c. Anglis an houulet. Illyriis kalus vel kalaus. Polonis Szouua, Turcis Baigus,

DIFFERENTIAE.

Nostras inter noctuas duplex genus penes magnitudinem agnoscunt, quæ differen-
 tia à sexu petita est. Solēt enim vincunguum feminæ maribus maiores esse. Nam &
 ea, quam chioù vocamus, & quæ noctua minor est, similiter in maiorem, & minorem
 distinguunt. Noctuarum etiam generis est Ornithologo avis, quam Germani Steinkoutz vo-
 cant, id est, noctuam saxatilem,

FORMA. DESCRIPTIO.

Nostua Afione minor est, vt Afio Bubone, & Plinius enim, oīus, inquit, Babone minor est,
 Noctuismator. Cum verò Aluco Quis magnitudine non cedat, & Vjula Aluconi pro- 40
 xima sit, ut reportè Galinaceo compar. vt b Aristoteles haber, concludendum erit, no-
 ctuam nocturnarum rapacium minimam esse excepta Scope; quamvis & ipsa in maiorem, & mi-
 norem distincta sit.

Ornithologus pro Noctua hanc exiguum exhibit iconem, tridus digitis ante, uno retrò, præditam: Nostra contrà bipinis ante, & totidem retrò digitis insignita est, vnde terror, si forma. vel aliam avem esse, vel piatoris mendo corruptam. Num verò avis tam parua sit, vt icon demonstrat, etiam subdubito, cùm, vt paulo post dicam, Noctua dentur, Alaudæ magnitudinem vix excedentes. Noctua nostra vulgaris, cuius mox imaginem repræsentabimus, eiusmodi est. Columbae est magnitudine, dodrantem longa, Capite maiuscule, supernè depresso. Oculis magnis, & glaucis, si tamen hæc glaucedo dicenda est, quod infra in denominatis monebimus, id est, pupilla oculorum nigra, inde flava. Aliam glaucedinem in oculis aduertere non poterimus, à qua hæc avis quasi per excellentiam vocata fuit. Rostro est aduncus, longiusculo, dilutè flauo. Corporæ toto plumis partim bætico, partim albo distinctus. Per alas extremas, præfertim remiges, lineæ transversæ, coloris castanei, latæ conspiciuntur; quæ per ventrem in longum ductæ, veluti guttæ apparent, eiusdem coloris sunt; Sed inuersæ, reliquum spatium album. Extremæ





Ale ad ultimam usq. caudam protenduntur. Crura plumosa & hirsuta ad pedes usq. colore è Ale. cincereo bætico. Pedum digitis subfuscis, cinereis, implumis, bini utrimq. unguis adunci, acuti, nisi. Crura. gri.

Ea uero quam Germani Steinkurz, id est, Nostrum saxatilem nominant, magnitudine est *Steinkurz*, similiter *Columba*. Crura habet & digitos pedum hirsuta, plumbis albidis: Imi tamen, digiti ad *terram nudi sunt, unguis nigri, adunci. Color ei tota parte prona fuscus, modico ruffo permixtus, albicantibus maculis distinctus. Caput ad reliquam magnitudinem præ grande. Iris oculorum magna, oculi magni, rostrum brevissimum, Aquilinum, que pleraq. cum alijs nocturni genæ.*

generis aubus communia habet. In aue extinta rostrum superius rubebat, cum prius in via rubore non videbatur, inter oculos & rostrum pennulae quædam rigent cœpili aut barbulæ. In ventre plus albidi haberet, quam cœteris partibus. In montanis certe & saxosis locis versari puto, ideoq. ad frigus cauendum plumas erubitus digitisq. habere, (nam alia noctuæ non sunt hirsutis pedibus, & colore rufso, è fusco) sicut, & Lagopodes, & alia quædam. Nostris Italicis Noctuæ similes, istas saxatiles audio, sed minus alacres, interdiu ferè cœcas. Querendum an Scopes sint minima in Noctuarum genere auritæ, quas Germani parvas Noctuas Italicas vocant, nostri Chius vel Zus in agro Patauno, ut apud Bononiæles Chiouinos. Suprà quidem, dum de Scope sermonem haberemus, eam inter Noctuas retulimus, eò quod plumatum eminentias instar aurium non habeat, aut habere dicatur. Si tamen tale quid in ijs etiam inueniatur, procul dubio ad Scopes referenda sunt. His simile est genus apud Germanos, quod nominant Schauyle (ab Italico Ciuita forte corrupto nomine) exiguum, nostris Italicis albidius, cauda longiore. Sed hoc licet cœteræ Noctuam referat, quod tamen auritæ sit, itaq. Scopibus id suprà annumerauimus. Relatum nobis est apud Germanos Noctuam aliquando captam, ætate perfecta, magnitudine Alaudæ, drachmis undecim venississe, diminutio Germanico Keutzlin dictam id est, pumilâ Noctuam. Bellonius similiter Noctuas duplicitis generis esse statuit, alteram quidem Oto minorem, sed Scope maiorem; alteram verò etiam eodem Scope (quem ipse Vlulam putat Gallis Hulotte dictâ) Noctuâ fortasse generis (vt nuperrime diximus) minima minor. His pedes assignat pilosos, caudam breuem, capitis verticem, veluti introsum excavatum ea verò cavitas ex plumularum ibidem positu nascitur. Reliqua ijs, quas diximus, similia. Collum Noctuæ in vniuersum omnes breue, quale Bubonis est, tribuunt; nempe si pro sua magnitudine ne considerentur. Gula partem inferiorē paulo latiore, & appendices paucas quasdam, infra vbi intestinum desinit, & lienem adeò exiguum, quod etiam Aristoteles testatur, ut propemodum sensum effugiat. Caudam breuem, cuiusmodi Buboni est, & Albertus, sed vngues vncos Aristotelis, Plinius & reliquorum consensus ijsdem in vniuersum concedit.

30

V I S V S.

Nostua, inquit, a D. Ambrosius, magnis & glaucis oculorum pupillis nocturnarum tenebra rum non sensit horrorem, & quod fuerit obscurior nox, eò contra cœterarum autum morem inoffensos volatus exercet. Die autem videre non potest, quia ex orso splendore, visus eius habetur, quasi quibusdam erret in tenebris. Huius rei causam esse volunt nimis sicciam, & tenuem humoris substantiæ, quæ vim luminis igneam non ferat, sed facili negotio dissipetur. Spiritu enim, qui visionis proprium est instrumentum, evanescente, actionem eius cessare necesse est. Quemadmodum verò lumen euocando spiritum disgregat, atque consumit; ita vox opaca inter cogit, vnit, auget, acuit. Non tamen existim, verum esse, quod plerosque facere video, Noctuam scilicet de die nihil prorsus videre. Primum enim Aristoteles, vbi Noctua cum Cornice inimicitiam enarrat, causamq. reddit, cur Noctua Cornici noctu insidias struat, quia, inquit non clara Noctua interdiu vides. Ex quibus verbis licet colligere, nō prorsus Noctuam cœcam esse, sed minus interdiu clara videre. Idem alibi sentire videtur, illis verbis, quibus, Bubonem, ait, audito per diem nihil fere videre, minus quam Noctuâ. Non enim prorsus omnem omnino Buboni visionem admittit, minorem tamen & debiliorem assignat, quam Noctuæ: quo tacite Noctuam a liquid, & plusculū quid, forte reliquis nocturnis de die videre insinuat. Verum quid ipse sentiat de Noctuæ, vt & aliarum nocturnarum rapacium visu, aperiè prodit, & affirmat hisce verbis: b Noctua, Nyctioraces & reliqua, que interdiu nequeunt cernere, noctu venando sibi cibum acquirunt. Verum non tota nocte id faciunt, sed vespertino & matutino. Ex quibus manifestò liquet, neq. densas tenebras Noctuarum oculis conuenire, neq. meridiani luminis splendore, sed lucem moderatam, qualis est, sub matutino & vespertino crepusculo, vt potè quæ neq. nimia neque etiam minus quam pars sit, pauca est. Illa enim pauci & tenues spiritus discutuntur, & in auras dissipantur; hac vero quod aere, qui visionis medium est, non illuminato obicitæ colorum species non exprimantur, visio fieri nequit. Astipulatur huic opinioni experientia, teste c Bello nio: Si etenim profunda nocte, ad Noctuâ vel ad Bubonem propius accesseris, haud loco secessere videbis, quod nepe te non visum non timeant. Secus verò de die, aut in modera' lumine accidentem agnoscunt atq. fugiunt. Nescio igitur, quam verò Eustathius, & Varinus scribant. Noctuarum oculis insitam vim igneam, tenebras etiam penetrare ac luna etiam silentia videre. Nam melius sanè lucente vident. Neq. rectè dixit Martialis:

Video q.

b 8. *Hic cap. 3.***c** 2. *a* 2. *d***Aui. c. 2. 4.**

Videsq. quantum Noctua videt manu.

Innuere volens, Vt tustinam profum cecutire. Melius dixisset interdiu Tum enim hebetibus oculis hallucinatur, & conniuet splendore luminis offensa. Vnde Plautus, cum ait.

Quid ait propodium?

Tan' etiam cum Noctuinis oculis odium me vocas.

Noctinos oculos parere viderunt, quos amator nimio coitu deflauerat, vnde præ somnolentia conniuentes cœcutirent. Vnde noctiuina epitheton à Martiano Capella obtinuit eo versu:

An mage noctuinida tibi traditur alitis vsus.

Vespertino è contra tempore, visus Noctua à lumine mediocre, & minimè vehementi, non tam tum, non laeditur, verum fouetur, recreatur, augetur, tanquam si sympathiam quandam cū eo haberet. Γλαυκήν Græcis idem est, quod αἰσθάνπτερον, id est, hallucinari, & cœcutire, idē ιπτάμενον oculus conniueret, quod Varino, propriè Noctuarum est, cō quod die non cernant,

LOCVS.

NOCTUAM in Cræta nasci negat a Plinius, immo, & inuestam mori tradit. Quamobrē inquit Aelianus, Euripedes incōsideratē singere videtur Polyidē hanc autē in hac insula conspexisse, atq. inde coniectasse, de inueniēdo Glauco Minois filio defuncto. Nō stra etate Noctuas tā maiores, quā minores in Alpinis Heluetiq. regionibus inueniri negat. Sūf cap. 29. fuis; sed illuc ē Gallia Cisalpina, & Longobardia, necnō ē Germania inferiore ad Rhēnum, vbi frequentissimā sunt, aduehi. Illud tamen genus quod saxatilē vocant, ibi gigni cōstat, vt potest quod montanis, & saxosis locis maximē gaudet. Quare ad frigus arcendū plumbis cruribus digitisq. natura induisse videtur (nā alia Noctuas non sunt hirsutis pedibus) vī Lagopodi, Vulturi, alijsq. nonnullis. Præter ceteras verò regiones Noctuarū copia, maximē apud Græcos celebris est Attica, sed potius vrbis ipsa Athenæ. In hac n. plurimas esse aiunt, & illi regioni verū peculiares. Vnde natum adagium Noctuas Athenas, subaudi mittis, competens, in eū, qui res quasuis eō comportat, vbi abundant, & præ copia vilescent, quod vulgo dicimus non dissimili parœmia, Aquam in mare portas. Mirum verò videatur alieni, quomodo verum sit, Noctuas tantoperē abundasse in vrbe tam populosa, cūm alioqui ipse, vt pleraq. nocturnæ, locis solitarijs desertisq., nec admodum ab hominibus frequentatis magis gaudere videantur, vt nemoribus, locisq. vmbrosis, & sepulchreris. Hinc Nyctimenem, quæ in Noctuam versa singitor sa noctuas agnito incæstus facinore in sylvas se abdidisse, & lucem fugisse fabulantur Poetæ.

Lucusq. auro latitat nam Noctua luctu.

Noctuas
Athenas

Cur mulo
ta noctuas
Athenis.

Vt Faustus Poeta ait: Inde est, quod sterilitatem portendit aiunt, si Noctua nemore, quod incolere solet, deserto, in vrbibus conspicientiam sc̄e frequentior dederit. Obscuræ ei assignat lo- 40 ca Martialis hoc Epigrammate.

Aedes emit aper, sed quas nec Noctua vellet

Sterilita-
tis indi-
ciam.

Esse suas, adeo nigra vetusq. casae.

Cū Archippe meretrice Sophocli iam capulari seni adhæreret, Semicrines, qui illā prius amauerat, à quodam interrogatus, quid ageret Archippe, respondi: Tanguim Noctuas ad sepulcrum foder, testante Athenæo. Scribunt, qui navigationes novi orbis descripserunt in Occidentalibus insulis atque in ea maximē, quām Hispaniolam vocant, Noctuas magna copia oriri, nostratisbus per omnia similes. Noctuam, & Miluum ex vaco avium genere paucis quibusdam diebus laterē tradit b Aristoteles.

cap. 16.

VOX. PRÆSAGIVM.

DVPLICEM vocem Noctua habere videtur, vnam a Plautus innuit. Cū enim mulier pal- a In Me- la ē domo subrepta, ad Menechmum, quem subripuisse suspicabatur, semel atq. iterū di nech. detulisse, querit Menechmus Ego' dedi. Tum Peniculus, Tutu, inquā, vin efferi: Noctuam, qua- tutu, vñq. dicas ubi, nam nos iam defīsumus. Hinc, & tutu fortè nomen Noctuas apud Græcos confitum. Proferenda verò est ea noctuæ vox, vt doctè aduertit Lambinus, Tui sou. Nam vox calis V. sic olim à Romanis proferebatur, & sic enunciari semper debet, cū longa est, secus si brevis. Nam tum, vt ypsilon Græcorum efferrunt, vt in fuga, super, cum inum, maximus, optumus, lacrumæ, ostupo, & similibus. Et hac quidem parte cum Vlulis, & Otis conuenire non- nihil.

a In anib. nihil in voce videtur, verum in altero differt. Sonum enim edit, quē a Aristophanes *xixxaBz*
nominauit, à quo quidem ipsam quoque Noctuam Cucubam dici eiusdem Scholasticus memi-
Cucuba. vit. Itaq; (vt b Virgilij verbis vtar)

b Georg. i. — Cum seros exerces Noctua cantur,

Cucubare Latinis dicitur. Ita enim Philomelæ author:

guid. *Noctua lacrava cucubat in tenebris.*

c Lib. 23. Pollux author est γάλακτος νύχεν c Albertus rauacm edere vocem, dicit; d Apuleius serum, &
d Ls. 3. de intortum Noctuam cantum vocat. Ob hanc vocum varietatem Nigidium dixisse credo apud
e Plinium Noctuam nouem habere voces. Et si verò idēo Noctuam dictam vēlint, quōd noctu-
e Lib. 10. canat, potissimum tamen ante solem occidentem gemere auditur. Vbi itaque solito citius cā
cap. 17. canere contingat, pluviae imminentis signum esse volunt.

Quando ca-
nas.

Pluviæ
presagia.

SAltatrix etiam, est Noctua, & gesticulatrix, varius, & ridiculos motus edens, corpus, & cer-
viciem frequenter in orbe contorquens, nunc toruo, & fixo obtuso hominem adspiciens,
nunc capite hoc illuc acto securas, & histiones imitans. Vnde lepidè poetarum nostri *xii* co-
typheus:

Huic Noctua pugnum premis

Ille / cur a flexicolla.

Suidas di. Suidas pueros Noctuam circumducentes quamplam captam ita dicere solere scribit. Utinam
etum de no- essem mortua aut ultimum saltares. Ea enim, inquit, inter asinū non videns, veluti saltat, aut percussa,
ctua sal. & moritur a se se torques saltantis inflat.

su.

M O R E S.

26

C I B V S . V E N A T U S .

a 8. H. c. 3. **N**octua, & Nycticoraces, inquit a Aristoteles, & reliqua que interdiu nequeunt cernere no-
tū acutā sibi vītū acquirunt. Verū non tota nocte id faciunt, sed vespertino, & matu-
rino. Venatur autē mures, lacerta, vermicillos & eiusmodi alias, quas dam beatis folias Velsū
b Lib. 10. tur quibuslibet quidem carnibus, se muribus potissimum, quas noctu capiunt, vt testatur b Cre-
cap. 16. scientensis, immō instat felium optimè in domibus murorum venationem exercitaram, si probē
cicurari contingat; semel autem saturata Noctua, duorum postea aut trium dierum in mediā fa-
cile perficit, vt quidem ille ait, immō quod maius est, nouem dierum abstinentia non lēditur.

G E N E R A T I O .

a Lib. 10. **N**octuas sexagenis diebus hyemis cubare tradit Nigidius, referente a Plinio. A cauda
cap. 17. Noctuam, & Ruborem, ut suo quoq. loco diximus, de ovo extre ex Hyla, idē alibi tradit;
quā pondere capiū peruefa oua, posteriorem patre matri fouendā applicent. Argumentū
huic opinioni dedit capitū enormis, & præ corporis paruitate, immoderata magnitudo. Verū,
leue hoc est, vt in Babone monimus. Præterea quis non videt, nō solum in hoc, sed in quo
vis omniāiū genere, factus īā in ovo formari cęptos capite quā cęteris partibus maiores esse
adeoq. reliquo sine dubio corpori caput præponderare? Si itaque efficax esset Hylæ ratio, iam
id in cunctis autibus locum haberet, nempē vt posteriorem partem matri fouenti applicarent
Eustathius atque ita, per caudam exirent. Quām verē quoq. Noctuæ prærogatiuam tribuant. Eustathius
& Varinus, ut sola inter uncungues, & carniuoras pullos non cęcos pariat, equidem nescio;
nus repre- ipsi viderint. Causam rejiciunt in igneā vim oculorum, qua tenebras etiam penetret. Mihī
hensi de sanè nouum est audire reliquas rapaces cęcos pullos parere. Verū, vt harū pullos, si multatq;
noctuas par exclusi sint, non ita facile præterquam aucupibus videare licet; ita sanè Gallinaceos iam ovo
editos recte videre, ac ad cibos statim accurrere probē noui. Aristoteles de canibus prōdit cę-
cos in lucem producere catulos: Hi tamen cęci, licet improprie, idē tantum dicuntur, quōd
palpebris occlusis oculi impediti sint, non quōd apertis, & referatis palpebris videre nequeāt.
Præterea excipiendi videbantur saltē Aquilarum pulli, qui, tantum abest, vt cęci nascantur,
quin potius tanquam spurij à parente rejiciuntur, & ē nido statim deturbantur, nisi solem op-
positi inconvenientibus oculis aspiciant. Aut si cęter arum rapacium pulli cęci nasci dicendi
sunt, quōd earum visus secus atque secundum illos Noctua in tenebris hallucinetur, aut cęci-

cia;

gat, quanto magis nocturnæ oriri cæcæ dicentur, quæ clara luce nihil aut perperum vident. Non vulgarem valetudinis suorū pullorum curā gerit Noctua, si verū est, quod Oppianus scribit. *Noctua*, inquit, cùm formicæ à suis pullis abigere cupiant, Vespertilio cor in nido habent, tanquā formicæ etiā sua latibula deserentibus, si quis cor Vespertilionis imposuerit. Sed vel hoc anile de liramentum est, vel falsum, quod Palladius scribit: *Contra formicæ, si in borto habent foramen, cor Noctua admoneri.* S.i.n. vt Terentius ait, *ipso lepus est, cur aliundè pulpamentum querat?*

Amor Noctua in pulpe, i.ost.

RAPACITAS. ANTIPATHIA, Sympathia:

Dicitur Noctua, & cæteræ minores aues. Hæ enim ut docet Aristoteles, de die omnes Noctuam circumvolant, aduolantesq. percutiunt. Quod Ouidius etiam tangit eo carmine;

Eis coeunt ut aues si quando luce vagantem,

Noctis aueni cernunt Bructog, virimq. theatro, &c.,

Et Lucianus cùm ait: Sed, & nūc ubicanj, in publicū salicē apparuerit, certim ab omnibus ad se currunt veluti ad Noctuam reliquæ auiculæ Sternutum, & Graculatione circūvolant. Huius rei causā Aristoteles in admirationem earū reicit. Nam intentis in eā oculis veluti nouū, & insoliti spectaculū contemplantes, admirabundæ, & attonita illā circumquaq. obſident. Alij eas ex contemptu Noctuæ hoc facere malunt. D. & Chriſtō, hanc causam assignare videtur, Noctuam sancit, cùm a In Oratio nībilo ceteris sit sapientior neque speciosior, sed talis, qualiter scimus, quando foris vocē e misericordiā. a primis ēa proſu, & insuauit, circūfuit. Hanc alia aues, imo s.eam tantū videant, partim prop̄ afflent, partim Dei cognitio. in gyro circumvolant. Hoc ego sancit ea facere puto ex contēptione vistitatis confirmatus. Homines vero dicunt, aues sum admirare Noctuam. Hæc ille, & profectō admirantium specie quandan præbere videntur, cùm certatim aduolent, & ut commode eam, & probè contēplari possint, ad sedendum se se componunt, neque, quam diu eō loci persistit, illinc auolant, vel unquam ab ea spe- ganda oculos auerunt, ita ut eius miraculi spectaculo exſatiare ſe non posse videantur. Pla- cere hanc quoque rationem b Crescentio populari nostro video, qui in hæc verba scribit. Cùm bl. 10. c. 6. aues nocturne deformes ſint, & raro ab alijs animantibus videantur, admiratur eas relig. aues, & vide re cupiunt, ceu rem nouam, & insolitam, eāq. audiuntur plurimæ intuentur. Verū ut omnis rei cognitio admiratio cefſe ſolit, ita auicula, cùm ſatis ſuperq. ſpectat, armisq. Accipitrinis instru- em, ſed imbellem, & ignauam eſſe animaduertierint, tum admirari eam defiſunt, & admirationem in contemptum, imò in contumeliam conuertunt. Etenim, ut tradit c Aristoteles, ad. c. 9. Hi. c. 1. uolantes auiculæ percutiunt. De hac pugna, ita tradit d Plinius Noctuarū contra aues solers dimi- 49. caſio. Maiores circundata multisudine (Auium nimirum quæ eas deplumare conantur) reſupine pedibus repugnant, collectaq. in arctū rostro, & unguibus totę teguntur. Peculiariter verò, ut id, & e Aelianus testatur, Cornices, & Noctua diſſidet, & bello quidem inexpibili. Cornix. n. quod f 9. Hi. c. 1. f Aristoteles quoq. afferit, meridie oua Noctua ſurripiens, abſumit, cū nō clarè interdiū Noctua vi Noctua, & deat. Noctua contra oua Cornicis noctū exedat, & q. altera interdiū, altera noctū poſteriori: mo tata ha Cornicis rū Auiū antipathia eſt, ut ſanguis eatum confuſus coire nequeat. De Corvorum verò cum eis inimicitia. truculentissimo odio audias velim Pausaniam, penes quem fides eius eſto: Additum eſt ibi- de hæta, Noctuas, & carioras, que in palma illa ad palmularum ſimilitudinem ex auro factæ fuerāt, eodem Corvo ab ripuisse: Quin etiam qui Rex auium appellatur priuatas contra eandem inimicitias Trochili 50. gerit, teste Aristotele. Cum Orchilo quoque eandem diſſidere tradit, nimirum quod, & hic inimicitia eius oua exedat, non ſecus atque Cornix. Inter cæteras aues Picæ genus, quod Garrulum cū Noctua. quidam, nos Glandarium vocamus, Noctuam aggredi audio. Et si Oppiano fides adhibenda cum Or- chillo, teſte Aristotele. Cum Orchilo quoque eandem diſſidere tradit, nimirum quod, & hic glandaria. cum qua- drupedibus. Bro impere, & necare. Fabulosa plane ſunt, ut multa, que scribit Aelianus, nec citra cunctationem proferenda. Ait enim Noctua mira quadā in genitū ſolertia à Ciconiis ſubmoveri à nido lōgius Cū Apibus. Platani frondibus cōgētiſſis, quarum conſuetu torqueorem conſrahant Noctua, ita ut oblationis quidam gl. 29. c. 4. in ferre deinceps nequeant. Quæ n. ſtupefaciendi vis platano inesse potest? Nō minus fabulosum h In Romul esse iudico, quod paulo ante ex Oppiano diximus, nempe Noctua Vespertilionis cor in nidum in ferre, quo tanquā amuleto formicæ à pullis abigat. Infelicitissima verò omniū volucrū No- etua vi.

*Accipiter
Noctua &
micens.*

*i Lib. 6. de
ver. nat.*

*Noctua cu
Passer e-
micens.*

*Passer mat
to.
k Li. 2. Re-
gal. serm.*

Quia videretur, nisi naturæ prouidentia amicū, & patronū naœta esset Accipitrem, cuius subſidio cæterarum auium aduerſariarum iniuriā, ac impetu, & fultinere, & propulſate posset nul- lo negotio. Ille enim, vt author est, Plinius, *col. egio quodam natura*, id est occulto quodā, ac na- turali consensu, maiore auium circundatam multitudine, eamq. infestantium, ē p̄fenti peri- culu eripit, nec tantummodò bellum partitur, sed Noctua hostes, partim vel ſolo viſu, p̄fē- tim timidiōres in fugam vertit, partim verò, qui reluſtari audeant, puniunt, & de vi amico illata vindictam ſumit. Quinimò vel ipſe Noctua ſola proprijs tantummodò fultæ viribus, hoſti- bus terrori ſunt (ne quis imbellis proſrus exiſtimet) ſi verum eſt, quod Lucretius ſcribit, qui negat Cornices vñquam volare in Athænarum mænibus, tanquam ne limites quidem eius lo- ci attingere audeant, quo Noctua degere ſciunt, tantum abeſt, vt nidos extruant, vbi oua ab ipſis noctū exedenda iſi norunt. Præter Accipitrem, qui vnuſ eſt inſtar omnium, non alium Noctua amicum, quām Pafferem inuenio, verū cui hæc ſua amicitia malè cedat. Nam, vt ſcribit Orus Apollo, Paffer aliquādo, dum aucupum venatione peritur, ad Noctuam accurrit, tanquam auxilium ſperans, à qua mox opprimitur. Non eſt igitur horum reciprocā amicitia malè enim tractat ad ſe confugientem, ſuęq. op̄i confidentem clientulum perfida Noctua, di- gna certè quæ idem ab Accipitre patiatur. Verū an Noctua potius crudelitatem, quām Pa- feris temeritatem accuſem, dubito. Evidem illud genus Pafferis, hoc facere credo, quod Vul- gus noſtras Paffer matto, id eſt, ſtultum vocat, bluſtre cæteris grandius, ut potē Alaudæ ma- gnitudine, ſupra modum garrulum. Ad hanc meam opinionem accedit k Actuarij authoritas, qui hunc Pafferem, quem exactissimè deſcribit, & omnibus ſuis coloribus depingit, à Noctua maximè capi tradit. Sed & alioquin quiuſ ſtolidi, & fatui eſſe dixerit, eius tutelæ ſeſe com- mittere, cuius ſigna bonitatis nulla viderit,

C A P I E N D I R A T I O.

a. 1. 10. 6. 23

Capitur Noctua eadem, qua Otus ratione, vt tradit a Plinius, idq. haud difficulter, gene- re nempè quodam saltationis intenta in alto, circumuenire alto. Iſpa verò capta alijs au- bus capiendis maximè inferuit, & fortè quoquis Accipitre aut Falcone vtilior. Nam vt ſcribit b Crescentiſis: *Homines videntes alias volucres circumvolare Noctuam, eamq. cum ani- b. 1. 10. 6. 23
Noctua v-
fus ad ca-
piendas a-
ues.*

*Noctua v-
fus ad ca-
piendas a-
ues.*

*c. 1. 9. H. e. 1
d. Lib. 1. de
animis. c. 29.*

*Quapropter aucupes ea conſtituta auicularum genera multa, & varia capiunt Describit hunc aucupij modum prolixè d Aelianus, ac diſertè his verbis: Muliſribus veneficia, & canſiones exercenſib⁹ ſimiliſ eſt Noctua captiuos animal. Hęc enim capta ſuos imprimis aucu- pes ſic ſuis captionib⁹ in ſe allicit, vt eam veluti ludicruo quoddam in humeris circumgeſent. No- c. 1. 10. 6. 23
ctù quidem vigilat, & vece quæſi quibusdam preſtigij, ac illecebris, aues allicit, eafj. ſibi affidere ſe- cit. Interdiu verò alia auenij induſtione vittat, aut ibis illud ſt ridiculè nimisrum in aliam atque alia ſpeciem voluum conuertere, quibus aues peragolſcenſis in admirationem rapiſ manere apud eā per- feuerant, maximo eorum in que ſe formati timore perculſe. Et ſanè preſtigij ſimile quid videtur, auiculas ſolo conſpetu, Noctua allici, atq. adeo veluti philtro quodam violenter rapi, tantoq. ardore certatim accurrere, vt retia, ac viſcū, quæ alioquin extiū ſibi machinantur, aut non ad- vertant, aut contemnant, vnde non immerit à Aufonius.*

Plinius magico cui Noctua per lita fuco

Allicit omne genus volucrum perimtq. tuendo.

Dum enim ab aucupe expoſitam Noctuam tueruntur, incautæ in casſes incident, aut inviſcan- tor. Quare longè vtilius hoc per Noctuam aue upium hominibus eſt, quām quod aliarum ra- pacium opera perficitur. Neque enim hic proiecto publio opus eſt, aut vocū ipsarum auium imitatione, neque denique eadē conſtantē gratia plurimum laborare, & defatigari con- ſtingit. Sed neque ipsa partem p̄dā more aliarum ſibi vendicat, aut allectam devorat, ſed o- nem, ac integrum Domino ſeruat, qui ſic inſignē ſine ullis expenſis ex ea quæſtum facit. Ve- rū aucupium hoc duobus potiſſimum, vt diximus, modis exercetur. Tot enim ſunt capti- ſe instrumenta. Prior eſt cum Noctua ab aucupibus iuxta retio tensa ponitur, vt ad eam aduoli- tantes auicula imprudenter irretiantur. Alter vel amite, vel abſide peragitur. Amite enim ſeu pertice aucupali, cui vimina quamplurima viſco oblita affixa ſint, ſupremæ ſeu mediae Noctua vel etiam caput felinum, ob eam forſan quam cum Noctua capite gerit, ſimilitudinem, impo- nitur, quibus dum ſpectaculi nouitate allectis aues inſidere volunt, viſco oblita in p̄dā ce- dunt: Vel qui modus ab Oppiano proponitur: Noctua in abſide ſeu rota area expoſita, aucups funiculum

10 suiculum subinde attrahens, & circumposita vndiqueque virgulas visco illinens, aduolan- In Hramē
tes ad Noctuam Alaudas, aliasque minutus volucres intercipit. Septembri mense amitem cæ- ta auctupij
teraq; instrumenta capturæ idonea parare iubet Palladius, ut ad Calendas Octobris in prom noctua.
ptu sint. In horū numero baculus ille est, in quo gestatur Noctua ad auctupatum prodeūtibus; Gruccia
stipes rectus est, cui supremo alter trâsuerlus incumbit in Tau Hebraicæ seu crucis formam. Vn quid.
de, & vulgo Gruccia, & grucciola diminutio vocabulo, Germanis similiter Creutz, Latinorū Crenz,
cruciacioni nomine appellatur. Huc pertinere videtur, quod de Noctua à veteribus prodi- c lib. 9. de
tur, sed quām verè, nescio. Mihi certè superstitionem oler, quod scilicet, quæ viuens cæteras aīno au-
taes occulto quodā allestanto ad feliciter tacitabunda conuocare conspicitur, mortua etiam reo.
stipiti similiter suffixa, contraria planè in easdem, vt, & funesta ab ædibus abigat. Erat lunij fl. 1. c. 3. 5
Columellæ libellus versibus scriptus lepidus, & eruditus, quod hoc ipsum posteritati testatum
reliquit: Carmen eius tale est.

Hinc Amythaonis docuit quem plurima Chyron,
Nocturnas crucibus volucres suspendit, & alii
Culminibus vetus feralia carmina flere.

vocant.

kantz Gal

ts dults an

Quibus verbis Poeta innuit Melampodem Amythaonis filii suffixisse cruci Noctuas aues no- pud Ger-
eternas, & inauspicatas, vt quæ colonis mala portenderant, ea in ipsas cuncta deciderent. Pu- manos.
tauit enim superstitione vetustas mortuas amuletum esse earum calamitatum, quas dum viue- Nūmī au-
rēt, ominose pertendebant. Huic sententiae succinit e Apuleius, sic fermè scribens. Quid quod res occi-
stas nocturnas aue, cum penetrauerunt laræ quempiam, solicite prehensas foribus videmus affigi, ut de Cueste
quod infauit is volat ibus familia minantur exitiū, suis lauant craciatis. Cui item suffragatur f Pal dicti.
ladius, cùm inquit: Contra grandinem Noctua pennis patentibus extensa affigitur.

Nūmī no-

tua dicti

Glaucus

Anthedon

nius.

COGNOMINATA.

Noctuam in bona Italiae parte, & maximè in Bononiensi agro vulgo Ciuetam vocant: Mare glan-
eodemq; vocabulo mulierem nihili, & lucifugam. Ita, & Germani hominem stolidū, cum.
& improbum plebeio conuicio appellant eis Koutz, id est, Noctua. Scurrē, & ganeo- Glauc⁹ po-
nes Italiae nummos aureos occhi de Ciuite cōgnominant, haud dubiè tneus.
oberoeum colorem, qui in utrūque eluet. Alia ratio erat, cur Athenienses nummos suos Glaucus
Noctuas dicenter, nempe quodā imaginem haberent Noctuæ impressam, vt latius inter Icones Hippola-
referemus. Proverbialiter etiam Cheraphō philosophus Noctua dicebatur, quod nocturnis lu-
cubrationibus plurimū sese extenuaret: alij tamen Vespertilionem similiter illum vocarunt, a illiā dicitur.
vt post dicemus.

Glauc⁹ Sa.

mīs.

Glaucias

Glaucetes,

Glaucium

DENOMINATA.

Miltos viros Glauci nomine donatos apud authores legimus. Eustathius Glauci An- anatis ge-
donij in Dæmonem marinum mutati (nam, & mare à colore glaucū dicitur). Item nns.
Glauci Potinei ab equis discerp̄i, & aliorū eiusdem nominis, & Glaconis suffocati in Glaucus pī
dolio melis, meminuit. Glaucus Hippochi filius memoratur Homero. Fuit, & Glaucus qui-
dā Samius vel Libycus, à quo factū est proverbiū; Glauci ars. Glaucetes viri propriū apud Ari. Glauc⁹ flu-
stophanem: Glauce nomen Nereldis, Anatis quoddā genus Glaucium, dicitur. Est. & Glaucus nūs.
piscis, & nomen coloris adieciū. Glaucus nomen fluuij Phasin ingrediētis apud Eustachium. Glaucia op-
Glaucia oppidulum Ioniae. Dionysius Afer Betlikum glaucum dixit ὑγρὸν, id est, humidum, pidulum.
quod corpora glauca nimis humida esse videantur propter perspicuitatem (vt Laminæ Glaucus
cornu scilicet) quin etiam muris epitheton est glaucus. Hæc cigitur indicant eum colorem, Beryllus.
qui ad cæruleum accedit, qualis est plumbeus, aut marinus, glaucum dici. Verū cum nibilomi Color glau-
cus Noctuæ, quām aliarum plerarumq; nocturnarum avium oculi cæruleo colore prediti sint, cus.
ut potè medio nigri, reliqua crocei, nescio qui hæc sibi consonent, vt glauci dicātur. Ego sanè b L. de O-
non minimam in hac diversitate colorum confusionem apud scriptores repertiri arbiteror. Nam racul. def.
crocum glaucum dici apud b Plutarchū reperio, vbi ait. Byssē tinctoria, vt pulchrior reddatur glau Glaucio-
ca miscetur crocus, secundum Empedoclem. Quid verò croco cum cæruleo? Profectò inter hos w.
nullam video affinitatem aut cōmunionem. Item Γλαυκίων apud Homerum, qui visu igneo, Minerua.
& ardore intuetur à verbo γλαυκών, à quo ē γλάυξ. Quod verò Minerua Γλαυκόν cognomi γλαυκώ-
nabatur, in utramq; fortasse sententiam trahi potest. Omnibus in hoc conuenit ita dictam, pīs.
quod

**Minerua
sacra.**

quod opas, id est, oculos glaucos habeat, sed hos alij alios, quod ad colorem attinet, interpretari videntur. Quibusdam cæruleos fuisse placet, esseq; Latinis appellatam etiam, veteribus præsertim, quasi cælum, quod in oculis eius color cælestis, id est, cæruleus, conspicuus esset. Docet hoc Gellius. Huic consonat, quod Paulanias scribit, *Libites Pallada ex Tritonide, & Neptune naram fabulosam, id est, glaucos oculos habere, ut etiam Neptunus. Nunc vero mare glaucum cœstat, quia cæruleum.* Huc similiter facit, quod Diodorus Siculus ea causa ab Aegyptijs glaucopin appellatam, prodit, quod aer, quem Pallada antiquis credebant, glauci sit coloris, non quia, ut Græci putant, glaucos oculos habeat. Aer vero, ut in nebuloso, ac crasso præcipue apparet, cæruleus est, aut videtur, flauum nemo somniet. Alij è contrâ glaucos Mineruæ oculos fuisse flauos assuerint. Hi fauer, quod Glaucopin vocatam volunt quia της οὐλαίνει, id est, Noctuæ oculos haberet, quos flauos esse oculis ipsi patet. Sic multi item Mineruæ flauos oculos attribuerunt, Author Priapeiorum :

Minerua flauo lumine est, Venus pectori. Et d' Naso.

Quid si præcipiat flauæ Venus arma Minerue; Item e alibi.

Si pata est Veneris similis, si flaua Minerua.

**d In Elegi
e De arte,**

Nec desunt, qui in epistola putent à capillorum colore flauam dictam. Has igitur de glauco colore sententias, qua ratione quis conciliare possit, non video. Mihi difficultatem indicasse sufficiat, quam doctioribus discutiendam relinquo. Ab utrisque diversi sunt, qui Glaucopin Palladem nominatam voluere, quod oculos terribiles haberet, vt & Leones glauci cognominantur, & Dracones glaukopis. Horum tamen est igneus aspectus. Ab eodem acri intuitu, & truculentio aspectu γοργόπος dicta est ut Grammatici obseruant. απὸ τῆς γοργόπος, i.e. a terribili aspe. Et, qualis est Leonum, quorum oculi aliter etiam charopis vocantur. Cum vero charopum propriè dicant esse in quo splendori igneo viride quiddam admixtum sit, ut eo modo nonnihil ad cæruleum accedit, atque ita quispian vtrumque nempe cum croceum, igneum, tum cæruleum, qui viridi cognatus est, glaucum dici posse putet, quod in leonum, & aliorum quorundam animalium oculis vterq; commixtos quadammodo videatur.

**Glaucopin
arx.**

**Glaucodes
anes gna.**

Glaucopin dicta est ars Mineruæ Athénas sacra. Aues, quæ Noctuam specie, & natura referunt, Γλαυκάδεις Græcis dictūr, & superiori palpebra coniuncti. Εγγλαυκωσις μέθεψε est apud Hesychium, & Varini. Item Γλαυκήσεις απόθυτεν hallucinari, cæcutire. Item Κικυράπτεν a Noctua deriuatum verbum, iucund est quod τυφλεῖται, id est, cæcutire.

M Y S T I C A.

**Noctua
Minerua
sacra.**

NOCTUAM noctuolam in Mineruæ tutela auctem esse volunt. Est autem occulta avis. Noctuam vigiliat, dormientibus cunctis volat, quare nocturnis lucubrationibus, vigilijs, silentio, contemplatione solitaria, sapientiam parari docet.

Nam vigil somnes duci solertia curas.

**Minerua
Grae etiam
A'Olw' dicta
sapientia non
percipiat.**

In tenebris videt. Ita, & sapientia etiam in maxima errorum caligine proprium splendorem obtinet, & malum à bono, verum à falso discernit. Nil enim tam abditum est, tam obscurum quod Minerua sapientia non percipiat. Minerua Grae etiam A'Olw' dicta videtur απὸ τῆς ἀθρέψης hoc est, à vide-
cū. A'Olw' re cupiendo, ceu quæ prouideat, quæ veluti in tenebris futura sunt. Sic, & χλαυκός non ē deri-
dicata. vatur à γλαύκος, quod est θερός, video, significans id quod subalbū, & facile viuēst. Quod si

**Cornix
Miner
plius sa-
gra.**

igitur γλαύκος, & αθρέψη verba similis significatio[n]is sunt, ea etiam quæ ab ipsis deriuantur, nomina cognitionem inter se aliquam habebunt. Itaque visus glaucus Mineruæ tanquam vi-

**Noctua
Aescula-
pio sacra.**

manoram su pollenti conuenit. Nam acri ingenio esse creduntur, quibus oculi sunt glauci. Et ipsa No-
ctuam ei consecrata est, non modò quod noctu videat, quemadmodum prudentia in rebus ob-
scurus est, prævidet, & consult, verum etiam propter similitudinem deriuacionis, ut diximus, scitur a

**Baccho
in obscuris
tempusq;**

cum duo illa verba γλαύκωσις, & αθρέψη, à quibus nomina γλαύκη, & A'Olw' deriuantur, synonima, sicut, vt Eustathius tradit. Oium Cornix Mineruæ sacra erat. Qua repulsa noctuam accepit. Hoc

**Baccho
pudiata,
locā, tempusq;**

autem figurae significate volvereunt antiqui, hominem sapientem præ meditatione, quæ in Baccho in obscuris seposita sunt, noscere, non aliter atque Noctua videt in tenebris, & loquacitate re-
vulsā, pudicata, loca, tempusq; ad agendum respicere. Aesculapius pariter dicata est Medicorum Co-

**Oculi
typhæo ac
numini.**

Onus 70. Inuitq; medico diu noctuq; studiosè in salutem ægri aduigilandum ef-
ficiuntur, se quemadmodum verò dictis Diis cara, & sacra, ita Baccho invisa fuit, vi potè cui vitem dene-
gasse ferrui, solamq; à suis racemis abegisse, quod mortalibus vinum criminata sit. Natam re-
inuiscere. ligionis opinionem ex eo automo, quod Noctuina oua abstemios facere, & odium vini induce-
re creduntur; aut quia sobrietate sapientiam adipisciuntur, non temulentia.

MORA-

MORALIA:

